Quae cum ita sint, adhuc vos Mendici
moramini? adhuc in calamitosae vestrae
miseriae latebulo ita delitescere cogitatis?
adhuc inquam mendicitatem cum divitiis, ege-
state cum abundantia, cum fama infamiam,
ignominiam cum gloria cum honore de-
decus commutare recusatis? Huic praeclaro
opificio, huic Regio, huic Divino labori
manus locare erubescitis? An nedum
satis attendistis, quis in eo splendor, quae
sanctitatis indicia, quae stabilitatis
monumenta? Si die Veneris ad petendam
pone advenibis, vel duarum, vel trium
vel forsitan plurium horarum spatium
sine labore sint frustra insumitis, si
domi vos teneretis, filo ducendo operam
daretis, certè famam vestram defende-
retis, famis latratum sopiretis, ac denique
maius crebrum sic laborando, quam moliri
esse mendicando et corpori et animae com-
pararetis.